



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

De conuitiis. cap. lxxxi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](#)

A eos, quibus odio sumus, charos habeamus, imperatū sit? Quid relictā fide de fide argutamur? Genitus est: at non genitus est. Passus est: at non passus est. Resurrexit: at non resurrexit. Quid Redemptori litem intendimus? Quid cum, cuius beneficijs affecti sumus, ad subducendas rationes adigimus? Semel voluit: & ut voluit, accessit, & mortuus est, & resurrexit, & ascendit, & venturus est iudicare viuos & mortuos.

Satius & conducibilis est eruditione atque doctrina carere, ac per charitatem ad Deum proprius accedere, quam, dum eruditus ac periti esse videmur, committere, ut in Domum nostrum impij comperiatur.

De conuictis. C A P. LXXXI.

B V i conuictia proferunt, stultissimi sunt. Gloria viri est auersari cōvictia. Melius est sedere in angulo domatis, quam cum muliere maledica in domo communi.

Q Ante ignem camini vapor, & fumus ignis exaltatur: sic & ante sanguinem maledicta.

Cūm te parvulus puer maledicti incesit, in risus argumentum ipsius maledicta veritas: & cūm quispiam prephrenesi mentis errore affectus contumeliosis verbis te insectatur, miseratione potius quam odio dignum cum censes.

C Quid si cui nos accusare libeat, nō id spectemus an male audiamus, sed an culpa nostra male audiamus. Etenim si improbè ac flagitiose vivamus, etiamsi nemo sit, qui nos accuset, omnium tamen miserrimi sumus. Contraria si virtutis curam ac studium amplexemur, quamlibet etiam totus orbis maledictis exagitemur, tunc tamen beatiores quoque futuri sumus. Quid si qui vanum sermonem admittunt, veniam consecuturi non sunt, quam tandem illi excusationem habituri sunt, qui traducunt ac conuiciantur?

D Si diuino Apostolo obtemperandum putas, disertè clamanti, atque afferenti, maledicos regnum cœlorum minime consecuturos esse, caue ne eos, à quibus nulla tibi iniuria orta est, frustra ac temere maledicis verbis profiscendas.

A Is te non inimica & infesta mente, sed per iocum atque animi causa, ac velut aliud agentem, inter pocula conuictia in probos viros iacere? Igitur per ludum quoque ac latitiam sum est sempiternum cruciatum subi, ac velut aliud agens ad ignem illum, cuius acerbitas nulla in probos oratione explicari potest, profiscere.

E Ne doleas atque discrucieris, cum ob peccata tua meritò in te maledicta & probra cōgerantur: quin potius offendicula tua libenti animo audi.

De fame: & iis qui frumentum in necessitate minime vendunt.

C A P. LXXXII.

F A C T A est famæ magna in Samaria: & tandi obfessa est, donec vñ-
nundaretur caput asini octoginta argenteis, & quarta pars cabi sterco-
ris columbarum quinque argenteis. Cūmq; rex Israël transiret per mu-
rum, mulier quædā exclamauit ad eum, dicens: Salua me domine mi-
rex. Qui ait, Nō: te saluet Dominus: vnde te possum saluare? De area, vel de tor-
culari? Dixitque ad eam rex: Quid tibi vis? Quæ respondit: Mulier ista dixit, Da
filium tuum vt comedamus eum hodie, & filium meum comedamus cras. Coximus ergo filium meum, & comedimus. Dixique ei die altera: Da filium tuum,
vt comedamus eum. Quæ abscondit filium suum. Quæ cūm audisset rex, scidit
vestimenta sua.

Qui abscondit frumentum, maledictus plebi est. Qui continet frumentum, derelinquetur illud Gentibus.

G Plágite sacerdotes, vñluate ministri altaris. Depopulata est regio, luxit humus,